

maiestatis nostre auctoritate districte precipimus et observari omnino volumus, ne ullus comes vel advocatus, nobilis vel ministerialis, servus aut liber canonicis in domibus et areis claustralibus et sacerdotibus in domibus et areis dotalibus aliquas omnino iniurias irrogare presumat, et ne aliquis ex his, quos pretaxavimus, in predictis domibus et areis  
5 aliquid sibi iuris addicat. Si quis autem huius tam districtę quam iuste preceptionis nostre violator extiterit presumptuosus, ipsum maiestatis inperatorię reum constituimus. Ne autem quis putet, quod in hac tam rationabili quam necessaria pacis clericorum roboracione steterit pro ratione voluntas et magis presencia et instancia domni episcopi quam iusticia valuerit, hoc vobis contestando scribimus, quod predictam sententiam Tidericus  
10 marchio de Lusiz in palacio nostro apud Cremonam approbantibus et confirmantibus inperii nostri principibus edidit.

(SD.)

(SD.)

## 411.

*Erzbischof Wichmann zu Magdeburg schenkt dem Kloster St. Petersberg „pro remedio anime nostre et parentum nostrorum ea loci requiescentium“ zwei Salzhäuser zu Halle. — Zeugen: Die Markgrafen Otto und Dietrich, die Grafen Dedo von Grotzsch und Friedrich von Brehna. 1176.*

*Hdschr.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 76. Das gut erhaltene S. des Erzbischofs hängt an Pergamentstreifen.*

*Gedr.: Köhler, Das Kloster des heiligen Petrus auf dem Lauterberge bei Halle 57. v. Mülverstedt, Reg. archiep. Magdeb. 1,1554.*

20

— — Huius rei testes sunt. Otto Misnensis marchio. Tidericus Orientalis marchio. Heinricus comes de Witin. Dedo comes de Grotz. Fridericus comes de Brenen. Heinthenricus Hallensis prepositus. Albertus de Givenchenstene. Hec facta sunt anno incarnationis domini M̄CLXXVI.

25

(S.)

## 412.

*Landgraf Ludwig III. bestätigt den zwischen dem Ritter Heinrich und dem Abte Hermann von Reinhardsbrunn wegen eines Gutes zu Teutleben abgeschlossenen Kauf. Tenneberg, 1176.*

*Hdschr.: Or. Perg. Haus- und Staatsarchiv Gotha Q Q I. g. 30. Phot. H. St. A. S. = Taf. XI. 1.*

30

*Gedr.: Thur. sacra 95.*

:In nomine sanctę et individue trinitatis.: Ego Lvdewicus tercius dei favente clementia Thuringię provincię lantgravius. Omnium tam futurorum quam presentium trado noticię, | qualiter miles quidam nomine Heinricus de nobili natus prosapia predium suum cum ecclesia omnibusque ad eam pertinentibus et, quicquid in villa Tuteleben proprię possessionis habeat, patri meo felicis memorię coram multis arbitris tradens vicissim  
35 ab eo hoc ipsum, dum adviveret, in beneficium recepit. Sed post patris mei obitum, cum